

ingenia beluina, in nos et exercitum nostrum irruere, & caput nostrum Regium truncare, aut nos in miserabile jugum paganissimum traducere conassent, ubi in quodam turbinoso invasionis afflictu, nobis hinc inde trepide dilatantibus, imminente eventu, perpetuo Divino anathemati dato, circumquoque multitudine pugnantorum gentium ipsorum Tartarorum obsessi, universis tam novis insultibus, asperimis jaculis, crudelium verberum ictibus, afficiendis gladiis feriunt turmas nostras, sagittas lanceasque suas inebriant sanguine occisorum, undique ut muro obstructi, aut pisces in gistro comprahensi, incommodissimis verberibus strictissime afflicti, ut nec antea procedere, nec fugae locum habere poteramus, ubi inter nostros & ipsos Tartaros, servato intervallo, nostrorum funera, plusquam ultimum capitis nostri exterminium, more Rachelis, jugulo, alta ad Dominum intensius suspiria fundebamus, Kyrie-eleison! & protector noster aspice Deus, gementes exclamabamus, vitam nostram Regiam & nostrorum, summo desiderio, a mortis impetu arcius evitare cogebarur; jam elesi & praeceptis praecipiti, terribilem necem in momento expectabamus. Pater tandem ineffabilium misericordiarum & Dominus pie consolationis, in quo spes est omnium fidelium, oppitulando suae dexteræ virtutem porrigere dignatus est; et excelsi angulo suo jube dicente, & quasi de nube olimpi a Paraclyto missi, tres indoli viriles juvenes, Kres videlicet, Kupissa, nec non Rak vocati, de Syrmio oriundi, ut fortes athletae, cum triginta octo fortissimis pugnantorum fratribus & consanguineis suis, fulcitis optimo militari apparatu, a nobis non postulati, nec stipendiarii salario appreciati, sed tanquam fidelissimi Christicolae, in nostram Regiam fiduciam, illico Regio nostro lateri adhaerentes, ad gratissimum votum nostrum Regium, contra asperima agmina & pugna dictorum Tartarorum militari brachio viriliter se contulerunt pugnatuos, caput nostrum Regium, priusquam sua propria, fideliter eliberantes: hinc inde per acies, et propagulas, cum eorum caterva ipsos Tartaros in ore ipsorum feritantes, ubi acies fortiorum pugnantorum persenserunt, illac se ferventius contulerunt pugnatuos. Banderium nostrum Regium, in gyro fidelium nostrorum aulicorum trepide tenentium ad honorem & perpetuum incrementum nostrum Regium, & totius Regni nostri feliciter reservantes. Interea unum mirabilem artificem prae omnibus fortiorem & acriorem sagacem, diligenti habito clanculo, praedictus Kres tenso suo arcu, sua acutissima sagitta, simul ambos suos effixit oculos, & coram oculis nostris Regiis vivum in carinam proiecit maris. Rursus in alios sagaces et pugnatore audacius insultans, & eosdem illac & isthac, ut jumenta in ore gladio, subtus pedes eorum in terram calcando, & ut aucas in piscinam, per littora pontus, transpassim trucitando, illico volente altissimo, qui solus cuncta praeordinat, resumptis viribus, ad refulciendum & corroborandum animum nostrum Regium, cum universorum Primatibus, & aliis gentibus nostris, alacrius in opem & nostrae personae in salubriorem remedium, iterum in ipsos Tartaros asperrime ut imbres pluviarum irruendo, & eosdem translatius, ut flumen exordio voraginis, trans litus & ultra, usque fluvium Kerka, & ad Brezca transpartius sunt transfugati, & nos exinde ad salubriorem processimus remedium, vota nostra altissimo in aeternum aspirando, ubi annotati fideles nostri Kres, Kupissa & Rak, reverissime, tanta nobis & Regno nostro ac sacrae coronae nostrae fidelissima exhibuerunt obsequia, quantum caput nostrum Regium praevalebat. Quae licet praeteditio legentium misimus silentio, sed quantum totius Christianae Religionis una valuit zona, pro quibus necdum latam vel largam terram, sed dignum dicere,